

## AD II. VESPERAS.

Omnia ut ad ij. Vesperas Festi, servato modo diei Octavæ Solemnis.

DIE VIII. MAII.

## IN APPARITIONE S. MICHAELIS ARCHANGELI.

TOTUM DUPLEX.

Omnia desumantur ex Festo præcipuo S. Michaelis, die xxix. Septembris, addito post Antiphonas, Responsum et Versiculum Allelúia., nisi hoc Festum post Trinitatem fuerit celebrandum.

DIE IX. MAII.

## S. GREGORII NAZIANZENI EPISC. ET CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

**D**eus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Gregórium minístrum tribuísti : præsta, quæsumus, ut quem doctórem vitæ habúimus in terris & intercessórem habére mereámur in cælis : Per.

DIE X. MAII.

## S. ANTONINI EPISC. ET CONF.

ORD. PRÆD.

TOTUM DUPLEX.

## AD I. VESPERAS.

Super Ps.      Ant.      j. toni.

O VIRGO, o do-ctor, o vi-gil et bone  
pastor, vota nostra et voces ne déspice : sed qui